anima mea clamorem prælii· contritio super contritionem uocata est·
& uastata est omnis terra· repente uastata sunt tabernacula mea· subi
to pelles meae; Ubi nos iuxta symmachum posuimus turbati sunt· & in
hebraico scriptum est· homæ·; LXX· & theodotio posuerunt·
MEMACCEI· quod uerbum utrumq; in præsentem tiarum quid significet
ignoro·; aquila autem posuit· OXAACEI· quod & ipsum tumultum sonat·
hoc de uerbo dictum sit· sup quo scio apud plerosq· magnum esse certamen;
uox autem prophetæ & per propheta m dni loquentis inducitur
quod doleat super contritione populi sui & instar hominis uiscera eius
interna lacerentur· quomodo & saluator super lazari morte doluit·
& planxit hierusalem nec celare dolorem silentio; omnisq; clangor
bucinæ & fremitus proeliorum illius turbat affectum dum mala
cumulantur malis· & uniuersa duarum tribuum terra uastatur;
Dum non putabam inquit tabernacula quondam & pelles meæ; babylo
nio furente populata sunt· & in predam hostium mea quondam cerre
re hospitia·; Loquitur autem hoc idem dns quando seditionis turbas atq·
discordias cernit in ecclesia & in conuenticulis suis clamare per dicem· &
di requiem in bella conuerti; unde sequitur, Usq; quo uidebo fugien
tes· audiam uocem bucinæ·; uel fugientes regem babyloni· uel fugientes
siue & a meo seruitio recedentes; Quia stultus populus meus me non cog
nouit· filii insipientes sunt & uecordes; sapientes sunt ut faciant mala·
bene autem facere nescierunt; Causa contritionis uastitatis fuge bucinæ
quia stultus factus est· populus non natura sed studio uoluntatis; ipsaq· stul
titia· hinc probatur quod non cognouerint dnm & pro filiis sapientibus·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0052